

* Nicophor. l. 2. c. 43. r. Usher. p. 379.

5 Hippolyt. in Mss. Bobl. sup. citato.

t Gaudent. Brix. Sermon. 17. Martyrem & Evangelistam appellat etiam veteris Martyrologium Ecclesie Africana: Vide Anaclet. 1. 3. pag. 414.

u Glycas, Cedren. Nicoph. Vide Tillem. hist. Eccl. 1. 2. pag. 148.

x Elias in Greg. Naz. orat. 3.

y Clemeus Alexandr. apud Euseb. l. 6. Hist. Eccl. c. 14. & Hieron. de viris illust.

2 Origen. apud Euseb. l. 6. c. 25. hist. Eccl. a Origen. l. 4. contra Celsum.

b Hieronym. quæst. Hebr. in Genes.

c Vide Var. Leß. Mill. ad finem S. Lucæ.

d Origen. Ambros. Hieron. Chrysost. alii.

e Gregor. Nazian. car. 33.

thore, obiit (*) ubi hodie pariter ejus sepulchrum monstrari fama est (r).

Non abs re tamen suspicamus, confusos in unum duos cognomines viros, nempe S. Lucam Evangelistam, & S. Lucam Stirotiorem, heremi ejus regionis incolam. S. Hippolytus tradit, crucis supplicium subiisse. Eleæ in Peloponneso (s); Dorotheus in Synopsi obiisse refert, & sepultura mandatum Ephesi; Beda, Addo, & Martyrologium Romanum defunctum constituunt in Bithinia. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 3. S. Paulinus Epist. 12. martyrium consummasse tradunt. S. Gaudentius Brixienfis (t) inter eos recenset, qui mortem ab impiis tolerarunt. Recentiores quidam Greci asserunt in oliva arbore crucem subiisse (u). Verum S. Hieronymus & Eusebius nihil habent de ejus martyrio, nihil pariter de illo in Martyrologiis; quin & Elias Cretenfis (x) certum constituit, violentæ mortis genere non interiisse, in quam pariter sententiam à Recentioribus concessum est.

Ex Operibus S. Lucæ innotuit Evangelium, & Acta Apostolorum, nullo refragante genuina omnia. Eidem etiam Authori tribuitur versio Græcæ Epistolæ ad Hebræos (y). Sunt etiam qui eandem epistolam exarasse Lucam, ex verbis & conceptibus ejusdem Apostoli (z), asseruerint. Sed fusiùs eâ de re in Prolegomenis ad eandem epistolam. Ipsi pariter inscribitur à S. Clemente Alexandrino apud Euseb. l. 6. c. 14. disputatio Jasonis viri Christiani cum Papisco Judæo Alexandrino, qui tandem rationibus Jasonis persuasus, victas manus fidei dedit. Hanc collationem Origenes appellat *contradictionem* (a), S. Hieronymus *altercationem* (b). Porro opus illud ætate nostrâ intercedit, de quo ita Origenes, & S. Hieronymus agunt, tanquam à S. Luca nequaquam scriptum arbitrarentur. S. Maximus Abbas tunc, Librum illum scripsisse Aristonem Pellæum, qui circa annum J. C. 140. florebat.

Quo tempore S. Lucas ad scribendum Evangelium sese contulerit, non satis convenit. Ejus epocham constituunt Græcæ pleraque Mss. (c) anno J. C. 51. nempe 48. Æræ Christianæ, triennio antea quam comes S. Paulo accessisse legatur; quod satis argumenti est ad epocham illam prorsus abjiciendam. Si Patrum fides (d) teneatur, autumantium de Evangelio S. Lucæ sermonem esse illis Apostoli 2. Corinth. 8. 18. verbis: *Cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias*; scriptum Opus censendum est ante annum 57. J. C. quo scilicet ea ad Corinthios Epistola data; & facillè etiam certa ejus Epocham constituenda circa annum 53. cum Paulus Corinthi in Achaja versaretur; ibi enim literis mandatum opus S. Gregorius Nazianzenus (e), & S. Hieronymus in Matt. Prol. Comment. autumantur.

Esthius in 2. Corinth. 8. Grotius in Luc. Præfat. suspicantur annum scripti Evangelii & Actorum ipsum eundemque reputandum esse, in quem eorumdem Actuum historia

clauditur, circa annum nempe 63. J. C. cum S. Paulus Româ digressus in Hispaniam iter suscepit. Suspiciat Grotius, Sacrum Scriptorem ex Urbe in Achajam concessisse, ibique literis tradidisse Evangelium. In pluribus inscriptionibus Syriaci, Persici, & Græci adornatum fertur Alexandriæ, quod satis consonat cum recepta apud Authores mediæ ætatis (f) traditione, apud quos Evangelium annunciasse, & vitam clausisse in Ægypto S. Lucam fama est constantissima. Fertur etiam (g) ibidem in tertium Alexandriæ Episcopum Abiliun consecrasse circa annum 86. J. C.

In aliis nonnullis Mss. Latinis literis Romæ scriptum Evangelium illud narratur (h). Recepta tamen, & melior sententia tenet, Græcis literis, & in Achaja digestum fuisse opus circa annum 53. J. C.

Non defunt inter Veteres, qui ab Apostolo Paulo dictatum, excipiente Luca, Evangelium illud autumaverint (i). Tertullianus l. 4. contra Marcionem c. 5. testatur de quibusdam: *Nam & Lucæ Digestum Paulo adscribere solent. Capit Magistorum videri, quæ Discipuli promulgaverunt.* Afferunt alii (k), Apostolum illis verbis, *Secundum Evangelium meum, Sancti Lucæ Evangelium designasse.* S. Pauli ope confitum ad scribendum se contulisse canit S. Gregorius Nazianzenus carmine 43. Scriptis mandasse, quæ Paulus verbo Gentibus annuntiaret, ait S. Irenæus l. 3. c. 1. Dorotheus in Synopsi tradit, scriptum ab illo Evangelium, dirigente S. Petro, sicut & Acta sub Paulo Magistro. Verum nullibi five in actis, five in Evangelio insinuat S. Lucas, scribenti sibi historiam adfuisse, Apostolum Paulum, five Evangelium sub Petro ab ore distantis Petri excepisse, quamquam id Menologium Basilii asseruerit. Porro ad scribendum se contulit tum post vulgata SS. Matthæi, & Marci Opera, cum etiam postquam alii plures non penitus sibi, exploratam historiam illam tentarent (l).

Utrumque opus inscribit Theophylo, quo nomine generatim Deum amantes animas designari, plures inter Veteres autumantur (m). Alii verò, quorum hodie opinio invaluit, certum aliquem virum insinuari credunt, virum, inquam, amplissimum, five Provinciæ Præsidentem, qui nomen dedisset inter Christianos (n). Pro Gentibus ad fidem Christi ductis scripsisse Lucam sentit Origenes apud Euseb. hist. Eccl. l. 6. c. 25.

Unum hoc Evangelium, & sceddè à se detrunctum, excipere Marcionitas tradunt Tertullianus, & S. Epiphanius (o). Scriptoris illi nomen ab Opere adimebant, adimebant pariter cætera omnia capita, à tertio exordientes in illa verba: *Anno quintodecimo* (detrahebant particulam autem quæ in Textu legitur *Imperii Tribertii Casaris*). Hæc autem verba junctâ ab illis versui 31. c. 4. cuius majorem partem expunxerant, ab illis verbis narrationem ineuntes: *Descendit Jesus in civitatem Galilææ Capernaum.*

Plura etiam alia demebant addebantque, quem-

f Fortunat. l. 3. c. 4. Metaphrast. S. Constitut. Apost. l. 7. c. 46.

h Mss. quadam apud Mill. ad Calc. Luc.

i Athanas. Synops.

k Euseb. l. 3. c. 4. & l. 6. c. 25. Hist. Eccl. ex Origene Hieron. non semel.

l Luc. 1. 1. 2.

m Origen. in Luc. hom. 1. Ambros. ibidem, & Salavian. epist. 9. Epiphani. hæref. 51. n August. de consensu Evang. l. 4. c. 8. Chrysost. in Act. hom. 8. Theophyl. in Luc. Præfat. o Vide Epiphani. hæref. 42. Tertull. contra Marcion. l. 5. Chrysost. in cap. 1. Epist. ad Galat.

quemadmodum in Tertulliano, & Epiphanio legere est. Porro cetera rejicientes Evangelia, illud ad Galatas 1. 7. in patrocinium erroris sui assumebant: *Miror, quid sic tam cito transferimini in aliud Evangelium, quod non est aliud, secundum Evangelium meum; sic in correctis Exemplaribus legatur tantum: Quod non est aliud.* Quæ de gestis Beatæ Virginis, de Infantia. J. C. de Cantico ejusdem Virginis, colloquio cum Angelo, professione ad Elisabeth, & Zachariam, quaque de repositis in corde Beatæ Virginis quæcumque in Filio suo admiranda contemplabatur (q); hæc omnia satis insinuant sacrum Scriptorem familiari Beatæ Virginis consuetudine usum, unde plura tum de rebus ipsius, cum de J. C. didicerit (q).

Ratio, quam constantissimè servat, laudandi Scripturæ testimonia juxta versionem Septuaginta, etiam cum ab Originali Hebræo recedant (r), satis insinuat alienam à Judæis originem retulisse; unde pariter confirmatur eorum opinio, qui ex Profelytibus five alienigenis ad sacra Judæorum traductis, five ex Paganis ad fidem Christi

p Luc. 2. 19. q Vide Grot. ad Luc. 2. 51. r Vide Aituum 7. 14. ubi S. Lucas 75. pofteros Jacob recenset, in quantum in Hebræo tantum 70. leguntur. Adoptat pariter cap. 3. 37. Cananum, quamquam non nisi apud Septuaginta extat. a Vide Faust. Manich. apud August. l. 23. contra Faust. c. 1. 2. 3. & l. 5. c. 1. b Julian. apud Cyrill. Alexand. c. 8. contra eundem Julian. c Vide Origen. contra Celsum l. 2. d Matth. 1. 1. 2. & c. e Luc. 3. 23. & c. f Nathan eodem ac Salomon parente, Davide scilicet, natus est. Sed jussu Domini Salomon Josephi, cui viro nihil ad Jesum. Ita Porphyrius, Manichei (a), Julianus Imperator (b), Celsus (c), &

acceserunt. Ita pariter quæ est inter ejus Evangelium, & ea, quæ in prima Epistola ad Corinthios leguntur, rerum consonantia, opinionem eorum falcit, qui adoptatum ab Apostolo Evangelium S. Lucæ asseruerunt; utrobique enim iisdem verbis institutio Eucharistia narratur (s). S. Paulus, & S. Lucas soli inter cæteros produunt, Christum ipso Resurrectionis suæ die Apostolo Petro spectandum se præbuisse (t). Ad stilum quod attinet, redundare Helenisimis Grotius (u) observat, quos fortè simul cum Judæicæ religionis professione & Librorum Hebræorum lectione adsciverat. Medicinæ studebat, unde illi puritas & correctio major quam in aliis N. T. Scriptoribus. Occurrunt etiam aliquando similes loquendi phrasæ, quæ Syriacam, & vernaculam Scriptoris originem produunt. Addit etiam nonnulla ad genium & saporem linguæ Latine. Hoc Critici illius emendatissime naris judicium. Quamquam non omnibus eadem sunt de Sacro Scriptore explorata, satis tamen convenit, puriori Græco eloquio, quam Evangelistas cæteros, fluere.

s 1. Cor. 11. 23. 24. 25. Confer cum S. Luca 22. 18. 19. 20. t 1. Cor. 15. 5. Confer cum Luc. 24. 34. u Grot. Prolog. in Luc.

DISSERTATIO DE CONCILIATIONE GENEALOGIARUM JESU CHRISTI APUDS. MATTHÆUM, ET S. LUCAM.

JAM inde à pluribus seculis Christiani nominis oïores cavillandi ansam ex Genealogiis Jesu Christi arripuerunt. Si Jesus alterum habuit à Joseph, quod Christianis persuasum est, parentem; ut quid igitur Evangelistæ Josephi genealogiam retexerunt? Si verò ex Patre Josepho natus est, quomodo Dei Filius & Virginis Parentis appellaretur? Expectamus Jesu Christi genealogiam, & nobis oggeritur series Avorum Josephi, cui viro nihil ad Jesum. Ita Porphyrius, Manichei (a), Julianus Imperator (b), Celsus (c), &

hodie pariter Judæi calumniantur. Eorum cavillis diversa Patres & Interpretes systemata opponunt: quæ adductis in utraque partem rationibus proponemus. Verum in ipso Dissertationis hujus limine ambigè ille, de quibus agitur controversia, genealogiæ cum annotatiunculis nostris asserendæ sunt, quò uno veluti conspectu Lectori exhibeantur virorum illorum series, de quibus in subsequentibus agendum est, tum & comparet inter se faciliùs. Porro Genealogiam S. Lucæ non nisi à Davide repetemus.

Genealogia Domini Nostri J. C.
Juxta S. Matthæum [d] Juxta S. Lucam (e)

DAVID	
I	I
SALOMON	NATHAN (f)
ROBOAM	MATHATA
ABIA	MAINAN
ASA	MELCHA
JOSAPHAT	ELIACIM
JORAM	JONAM
(OCHOSIAS (g))	JOSEPH
	(JOAS)

Juxta S. Matthaeum.

Juxta S. Lucam.

(JOAS
(AMASIAS
OZIAS
JOATHAN
ACHAZ
EZECHIAS
MANASSE
AMON
JOSIAS
JOACHIM (b)

JUDA
SIMEON
LEVI
MATHAT
JORIM
ELIEZER
JOSE
ER
ELMODAN
COSAN
ADDI
MELCHI
NERI

JECHONIAS (i)

SALATHIEL (k)
ZOROBABEL

ABIUD
ELIACIM (l)
AZOR
SADOC (m)
ACHIM
ELIUD
ELEAZAR
MATHAN
JACOB
(JOSEPH (n)
(Vir Mariae
Matris

RESA
JOHANAN
ASOR
JUDA
JOSEPH
SEMEI
MATTHATIAS
MAHAT
MAGGE
HESTI
NAHUM
AMOS
MATTHATIAS
JOSEPH
JANNE
MELCHI
(MATTHAT (o)
(LEVI
HELI (p)
MARIA Mater

J E S U.

Hunc Regem vel S. Matthaeus ipse, vel ejus Amanuenses omiserunt.
i Jechonias successit Sedecias ejus patruus.
k Jechonias, cum Babylone versaretur, filios genuit Asir & Salathiel.
l Medius inter Eliacim & Azor in quibusdam Mss. constituitur Abner.
m Post Sadoc adusque Jacob patrem S. Joseph generationes quaedam omittuntur ex collatione Genealogiarum S. Matthaei & S. Lucae facile apparent.
n Joseph apud S. Matthaeum filius Jacob appellatur, quod parentem illum re ipsa haberet; in S. Luca vero filius dicitur Heli; quod scilicet focerum illum haberet; erat enim Heli ipsissimus ac Joachim pater Mariae.
o Ambo haec nomina Mathat & Levi desunt in nonnullis Mss. Africanus; Eusebius & S. Irenaeus non legerunt.
p Heli idem facile vir ac Joachim pater SS. Virginis.

Ex collatione duplicis hujus genealogie satis apparet, geminas ex eodem Davide, per Salomonem alteram, alteram vero per Nathan deductas familias in Salathiele, & Zorobabele primam conjunctas, coivisse iterum in Jesu filio Mariae & consobrino Josephi, ut unus Jesus flos esset sive germen Jesse (q), filius David & Salomonis, & promissorum, quae utrique facta sunt, haeres.
Cum vero eorundem Evangelistarum testimonio certum sit, Jesum Christum non ad Josephum spectare, sed ad Mariam, plura sunt, quae negotium faciunt: 1. Cur genealogia Josephi & non potius Mariae retexitur? 2. Quomodo Jesus Christus de Davide & Salomone recta generationis serie deductus, ex eo inferitur, quod Joseph de filiis David demonstratur? 3. Quomodo gemini Josepho parentes statuuntur, Jacob de genere Salomonis, & Heli de stirpe Nathan? 4. Tandem quomodo Jesus inter posteros Davidis & Salomonis demonstraretur, semel etiam admisso apud S. Lucam Virginis genealogiam retexi; cum juxta eam hypotheseum de Nathan, non de Salomone, genus retulerit?

Hisce omnibus reponitur, 1. Alienum fuisse a moribus Hebraeorum, ut mulierum genealogiae retexerentur. Cum autem Jesus filius haberetur Josephi, sive adoptione, sive ex eo saltem quod ad Mariam ejus conjugem pertineret, cumque Josephus tanquam filium in domo sua excepisset aluissetque; in omnia proinde jura domus Josephi ipse Jesus admittebatur. 3. Heli patrem fuisse Josephi legalem, Jacob vero genuinum & naturalem; vel secus, Heli naturalem, legalem vero Jacob. 4. His semel constitutis, genealogiam nempe Virginis a S. Luca adornari, duo evidentissime consequuntur: primum nempe Jesum genus de Davide retrahere; secundum vero filium esse & haerem Salomonis duplici jure; duae enim Nathani & Salomonis familiae in Salathiele olim coeuntes, iterum deinde conjugio Josephi, haeredis familiae Salomonis cum Maria haerede Nathani coiverunt. Ita pariter factum est, ut Joseph in se uno duas familias conciliaret, & utriusque generis stirpem in Jesum filium suum & haerem transmitteret. Latius exponenda sunt haec omnia.

omnia, & ab incommotis vindicanda, quod apertior se veritas prodatur.
Hebraeorum moribus receptum fuisse, ut genealogia per viros ducerentur, assiduis Scripturarum exemplis, & testimonio Rabinorum & Patrum demonstratur (r). Sanctum est inter Doctores Judaeos, matris familiam, familiam non esse. Quamquam autem Josephus Jesum non genuerat, tamen quam parens tamen habebatur, qui eum ut filium in domo sua aluit, adoptavitque, atque juri suorum omnium participem fecit, ut proinde jure meritoque suam pariter illi genealogiam vindicaret. Attinebat etiam Jesus ad Josephi domum alio titulo, Mariae scilicet parentis suae, quae vero conjugii vinculo cum Josepho conjuncta, id efficiebat, ut natus ex ipsa, eodem conjugio constante, sine humano semine filius ad ipsum Josephum, tanquam in ejus fundo natus germen, pertineret. Jesus vicissim filiale Josepho obsequium praebuit & amorem; unde tam alta infudit omnibus persuasio, Jesum nempe ad Josephum parentem pertinere, ut pater ipsius in Evangelio, sicut etiam a Beata Virgine, nunquam non appelletur [s].
Mos adoptandorum sibi filiorum apud Hebraeos ante legem spectatur. Sara in thorum viri famulam suam innoxit, quod scilicet natos inde filios sibi adoptionis jure vindicaret (t); eodem jure sibi Jacob usurpavit Ephraim & Manasse (u); eodem filia Pharaonis sibi adscivit Moysen (x); Esther filia habebatur Mardochai patris sui (y). Major natu filiorum de femina nupta fratri prioris viri sui fato sine liberis fundi, tanquam viri illius defuncti filius habebatur (z). Quando itaque Jesus nullo alio quam adoptionis jure ad Josephum pertineret, vindicando sibi titulo filii David, atque haerem se promissionum ejus familiae asserendo, satis superque habuisset.
Accedit alia quidem & firmiter ratio, quod scilicet Maria ad eandem familiam & domum Josephi pertineret; ut proinde una eademque genealogia utriusque avos exhiberet. Constat primum illud nostrum assertum uno Patrum omnium assensu (b). Observant illi, Lege cautum esse, ne puella ex alienis Tribubus viros duceret; quin etiam, siquidem fieri potuisset, viris ejusdem familiae nubent. Cogebantur etiam ad eas nuptias in singularibus quibusdam rerum articulis; veluti cum filia paterna domus haereditatem sustineret (c), vel cum viro, nullis susceptis ex eo filijs, orbaretur (d); si quid ex his accidisset, intra familiam quarere sibi conjugem adgebatur. Vetus est autem in Ecclesia traditio Beatam Virginem parentum suorum unicam, ac proinde avita facultatis haerem fuisse (e); ejusque nuptias Josephum patrum vel avunculium ipsius, vel saltem necessitudinem omnium conjunctissimum, Legis praecipientis sanctione, sibi quarere coactum. Fatemur quidem nonnulla adversus opinionem illam opponi. 1. Mariam ad parentes suos filiam unicam pertinuisse, si-

bique paternam omnem hereditatem vindicasse, nullo documento constat. Neque enim satis convincens ejus rei argumentum Evangelistarum silentium censendum est. Porro foeminae Israelitis nuptiae sive intra Tribum, sive extra liberae permittebantur. 2. Quando vero bonorum patris sui haeres Maria velut unica censetur, nullum tamen de familia sua virum sibi quarere cogebatur; integrum ipsi erat, quemcumque maluisset, virum contrubilem suum ducere. Non satis est autem Jesum Christum ad Tribum Judaeam spectantem demonstrasse; debuit pariter de radice Davidis & familia Salomonis deduci, quod sua fides Prophetarum oraculis constaret.
Ambiguum est etiam & incertum, num Legis illa sanctio ipsa Jesu Christi aetate maneret (f). Bona Tribuum & Familiarum in unum confusa, abolenda Legis causam & argumentum praebuerant. 3. S. Lucas non obscure prodit, Virginem Mariam consobrinarum fuisse Elisabeth, foeminae ex Aarone genus referentis (g). Non abs re igitur ad eandem stirpem pertinere Maria censetur. Nec satis esset, ut sua fides divinis promissionibus constaret, si demonstraretur Jesus adoptione in familiam Joseph adscitus fuisse; vel si de Maria conjugis Josephi fatus, jure proprietatis ad ipsum pertinere diceretur. Deus enim Messiam non adoptione neque participatione in iuribus familiae, sed ex Davide prognatum secundum carnem promissit (h).
Fatemur nos quidem, in Scripturis venturum Messiam de Tribu Juda & familia David per Salomonem designari; sed nobis equè persuasissimum est, certisque probatum argumentis, Jesum Christum, originem inde suam repetisse, non per Josephum tantum, cuius legitimus haeres habebatur, sed potissimum per Mariam, qua parente genitus est. Permissum quidem erat foeminae Israeliticae, ad quas paterna haereditatis jura non pertinerent, quascumque mallet, nuptias extra Tribum etiam suam quarere; si vero bona ad ipsas paterna devolverentur, non solum illis vetitum erat virum extra tribuales suos, sed vel extra familiam procurare, quemadmodum apertissimis verbis in Lege Moisaica Num. 35. 5. sancitum est, & a doctissimis Interpretibus demonstratur (i).
Quod autem ad Mariam avita haereditatis jura pertinerent, quamquam nulla suppetant Sacrorum Librorum documenta, vetustissima tamen traditione, cui ne Judaeis quidem refragari unquam succurrit; receptum est. Erat quidem bonorum per singulas familias, sicut & Tribuum, distributionis ordo aetate Jesu Christi non nihil turbatus; vix tamen propterea neglectam illam legis sanctionem credimus, quae de puellis haereditibus conjugem extra familiam quarere sibi sanciebat. Familia etenim census non latifundis tantum constabant, nec minus ad patriam haereditatem pertinebant bona, sive quae in territorio Tribus suae, sive quae alibi sita essent; idem.

h Gen. 49. 10.
Isa. 11. 1. Ps. 131. 11. Rom. 1. 3. Hebr. 7. 14.
i Vide Groti ad Matth. 1. Chrysostr. Epiphani.

7 Iren. l. 3. c. 18. Tertullian. contra Judaeos. Athanas. Epist. ad Epist. Ambros. l. 3. in Luc. August. plur. in locis. Hieron. hic. alii passim etiam ex Recentioribus.

s Vide Mald. Brug. Grot. alios. August. l. 2. de consens. c. 2. t Genes. 16. 2. u Genes. 48. 5. x Exod. 2. 10. y Esther 2. 7. 15. a Deut. 25. 5. b Iren. l. 3. c. 18. Tertull. cont. Judaeos; Aug. 99. in Judic. q. 47. & Quaes. in N. T. q. 86. c. l. 23. cont. Faust. Hieron. hic. Ambros. l. 3. in Luc. Nyssen. de S. Christi. Nativitate. Damasc. alii. c Num. 36. 67. d Deut. 25. 5. e Hilar. in Matth. 1. Euseb. Hist. Eccl. l. 1. c. 17. ad fin. Cyrilli. cont. Julian. l. 7. c. 8. Euseb. q. 2. in Matth. 1. Euseb. Theophylact. ad Matth. 1. Maldonat. ad Matth. 1. 16. Brug. Grot. ibid.

De Genealogia J. C. 113

omnia, & ab incommotis vindicanda, quod apertior se veritas prodatur.
Hebraeorum moribus receptum fuisse, ut genealogia per viros ducerentur, assiduis Scripturarum exemplis, & testimonio Rabinorum & Patrum demonstratur (r). Sanctum est inter Doctores Judaeos, matris familiam, familiam non esse. Quamquam autem Josephus Jesum non genuerat, tamen quam parens tamen habebatur, qui eum ut filium in domo sua aluit, adoptavitque, atque juri suorum omnium participem fecit, ut proinde jure meritoque suam pariter illi genealogiam vindicaret. Attinebat etiam Jesus ad Josephi domum alio titulo, Mariae scilicet parentis suae, quae vero conjugii vinculo cum Josepho conjuncta, id efficiebat, ut natus ex ipsa, eodem conjugio constante, sine humano semine filius ad ipsum Josephum, tanquam in ejus fundo natus germen, pertineret. Jesus vicissim filiale Josepho obsequium praebuit & amorem; unde tam alta infudit omnibus persuasio, Jesum nempe ad Josephum parentem pertinere, ut pater ipsius in Evangelio, sicut etiam a Beata Virgine, nunquam non appelletur [s].
Mos adoptandorum sibi filiorum apud Hebraeos ante legem spectatur. Sara in thorum viri famulam suam innoxit, quod scilicet natos inde filios sibi adoptionis jure vindicaret (t); eodem jure sibi Jacob usurpavit Ephraim & Manasse (u); eodem filia Pharaonis sibi adscivit Moysen (x); Esther filia habebatur Mardochai patris sui (y). Major natu filiorum de femina nupta fratri prioris viri sui fato sine liberis fundi, tanquam viri illius defuncti filius habebatur (z). Quando itaque Jesus nullo alio quam adoptionis jure ad Josephum pertineret, vindicando sibi titulo filii David, atque haerem se promissionum ejus familiae asserendo, satis superque habuisset.
Accedit alia quidem & firmiter ratio, quod scilicet Maria ad eandem familiam & domum Josephi pertineret; ut proinde una eademque genealogia utriusque avos exhiberet. Constat primum illud nostrum assertum uno Patrum omnium assensu (b). Observant illi, Lege cautum esse, ne puella ex alienis Tribubus viros duceret; quin etiam, siquidem fieri potuisset, viris ejusdem familiae nubent. Cogebantur etiam ad eas nuptias in singularibus quibusdam rerum articulis; veluti cum filia paterna domus haereditatem sustineret (c), vel cum viro, nullis susceptis ex eo filijs, orbaretur (d); si quid ex his accidisset, intra familiam quarere sibi conjugem adgebatur. Vetus est autem in Ecclesia traditio Beatam Virginem parentum suorum unicam, ac proinde avita facultatis haerem fuisse (e); ejusque nuptias Josephum patrum vel avunculium ipsius, vel saltem necessitudinem omnium conjunctissimum, Legis praecipientis sanctione, sibi quarere coactum. Fatemur quidem nonnulla adversus opinionem illam opponi. 1. Mariam ad parentes suos filiam unicam pertinuisse, si-

bique paternam omnem hereditatem vindicasse, nullo documento constat. Neque enim satis convincens ejus rei argumentum Evangelistarum silentium censendum est. Porro foeminae Israelitis nuptiae sive intra Tribum, sive extra liberae permittebantur. 2. Quando vero bonorum patris sui haeres Maria velut unica censetur, nullum tamen de familia sua virum sibi quarere cogebatur; integrum ipsi erat, quemcumque maluisset, virum contrubilem suum ducere. Non satis est autem Jesum Christum ad Tribum Judaeam spectantem demonstrasse; debuit pariter de radice Davidis & familia Salomonis deduci, quod sua fides Prophetarum oraculis constaret.
Ambiguum est etiam & incertum, num Legis illa sanctio ipsa Jesu Christi aetate maneret (f). Bona Tribuum & Familiarum in unum confusa, abolenda Legis causam & argumentum praebuerant. 3. S. Lucas non obscure prodit, Virginem Mariam consobrinarum fuisse Elisabeth, foeminae ex Aarone genus referentis (g). Non abs re igitur ad eandem stirpem pertinere Maria censetur. Nec satis esset, ut sua fides divinis promissionibus constaret, si demonstraretur Jesus adoptione in familiam Joseph adscitus fuisse; vel si de Maria conjugis Josephi fatus, jure proprietatis ad ipsum pertinere diceretur. Deus enim Messiam non adoptione neque participatione in iuribus familiae, sed ex Davide prognatum secundum carnem promissit (h).
Fatemur nos quidem, in Scripturis venturum Messiam de Tribu Juda & familia David per Salomonem designari; sed nobis equè persuasissimum est, certisque probatum argumentis, Jesum Christum, originem inde suam repetisse, non per Josephum tantum, cuius legitimus haeres habebatur, sed potissimum per Mariam, qua parente genitus est. Permissum quidem erat foeminae Israeliticae, ad quas paterna haereditatis jura non pertinerent, quascumque mallet, nuptias extra Tribum etiam suam quarere; si vero bona ad ipsas paterna devolverentur, non solum illis vetitum erat virum extra tribuales suos, sed vel extra familiam procurare, quemadmodum apertissimis verbis in Lege Moisaica Num. 35. 5. sancitum est, & a doctissimis Interpretibus demonstratur (i).
Quod autem ad Mariam avita haereditatis jura pertinerent, quamquam nulla suppetant Sacrorum Librorum documenta, vetustissima tamen traditione, cui ne Judaeis quidem refragari unquam succurrit; receptum est. Erat quidem bonorum per singulas familias, sicut & Tribuum, distributionis ordo aetate Jesu Christi non nihil turbatus; vix tamen propterea neglectam illam legis sanctionem credimus, quae de puellis haereditibus conjugem extra familiam quarere sibi sanciebat. Familia etenim census non latifundis tantum constabant, nec minus ad patriam haereditatem pertinebant bona, sive quae in territorio Tribus suae, sive quae alibi sita essent; idem.

h Gen. 49. 10.
Isa. 11. 1. Ps. 131. 11. Rom. 1. 3. Hebr. 7. 14.
i Vide Groti ad Matth. 1. Chrysostr. Epiphani.

7 Iren. l. 3. c. 18. Tertullian. contra Judaeos. Athanas. Epist. ad Epist. Ambros. l. 3. in Luc. August. plur. in locis. Hieron. hic. alii passim etiam ex Recentioribus.

De Genealogia J. C. 113

omnia, & ab incommotis vindicanda, quod apertior se veritas prodatur.
Hebraeorum moribus receptum fuisse, ut genealogia per viros ducerentur, assiduis Scripturarum exemplis, & testimonio Rabinorum & Patrum demonstratur (r). Sanctum est inter Doctores Judaeos, matris familiam, familiam non esse. Quamquam autem Josephus Jesum non genuerat, tamen quam parens tamen habebatur, qui eum ut filium in domo sua aluit, adoptavitque, atque juri suorum omnium participem fecit, ut proinde jure meritoque suam pariter illi genealogiam vindicaret. Attinebat etiam Jesus ad Josephi domum alio titulo, Mariae scilicet parentis suae, quae vero conjugii vinculo cum Josepho conjuncta, id efficiebat, ut natus ex ipsa, eodem conjugio constante, sine humano semine filius ad ipsum Josephum, tanquam in ejus fundo natus germen, pertineret. Jesus vicissim filiale Josepho obsequium praebuit & amorem; unde tam alta infudit omnibus persuasio, Jesum nempe ad Josephum parentem pertinere, ut pater ipsius in Evangelio, sicut etiam a Beata Virgine, nunquam non appelletur [s].
Mos adoptandorum sibi filiorum apud Hebraeos ante legem spectatur. Sara in thorum viri famulam suam innoxit, quod scilicet natos inde filios sibi adoptionis jure vindicaret (t); eodem jure sibi Jacob usurpavit Ephraim & Manasse (u); eodem filia Pharaonis sibi adscivit Moysen (x); Esther filia habebatur Mardochai patris sui (y). Major natu filiorum de femina nupta fratri prioris viri sui fato sine liberis fundi, tanquam viri illius defuncti filius habebatur (z). Quando itaque Jesus nullo alio quam adoptionis jure ad Josephum pertineret, vindicando sibi titulo filii David, atque haerem se promissionum ejus familiae asserendo, satis superque habuisset.
Accedit alia quidem & firmiter ratio, quod scilicet Maria ad eandem familiam & domum Josephi pertineret; ut proinde una eademque genealogia utriusque avos exhiberet. Constat primum illud nostrum assertum uno Patrum omnium assensu (b). Observant illi, Lege cautum esse, ne puella ex alienis Tribubus viros duceret; quin etiam, siquidem fieri potuisset, viris ejusdem familiae nubent. Cogebantur etiam ad eas nuptias in singularibus quibusdam rerum articulis; veluti cum filia paterna domus haereditatem sustineret (c), vel cum viro, nullis susceptis ex eo filijs, orbaretur (d); si quid ex his accidisset, intra familiam quarere sibi conjugem adgebatur. Vetus est autem in Ecclesia traditio Beatam Virginem parentum suorum unicam, ac proinde avita facultatis haerem fuisse (e); ejusque nuptias Josephum patrum vel avunculium ipsius, vel saltem necessitudinem omnium conjunctissimum, Legis praecipientis sanctione, sibi quarere coactum. Fatemur quidem nonnulla adversus opinionem illam opponi. 1. Mariam ad parentes suos filiam unicam pertinuisse, si-

bique paternam omnem hereditatem vindicasse, nullo documento constat. Neque enim satis convincens ejus rei argumentum Evangelistarum silentium censendum est. Porro foeminae Israelitis nuptiae sive intra Tribum, sive extra liberae permittebantur. 2. Quando vero bonorum patris sui haeres Maria velut unica censetur, nullum tamen de familia sua virum sibi quarere cogebatur; integrum ipsi erat, quemcumque maluisset, virum contrubilem suum ducere. Non satis est autem Jesum Christum ad Tribum Judaeam spectantem demonstrasse; debuit pariter de radice Davidis & familia Salomonis deduci, quod sua fides Prophetarum oraculis constaret.
Ambiguum est etiam & incertum, num Legis illa sanctio ipsa Jesu Christi aetate maneret (f). Bona Tribuum & Familiarum in unum confusa, abolenda Legis causam & argumentum praebuerant. 3. S. Lucas non obscure prodit, Virginem Mariam consobrinarum fuisse Elisabeth, foeminae ex Aarone genus referentis (g). Non abs re igitur ad eandem stirpem pertinere Maria censetur. Nec satis esset, ut sua fides divinis promissionibus constaret, si demonstraretur Jesus adoptione in familiam Joseph adscitus fuisse; vel si de Maria conjugis Josephi fatus, jure proprietatis ad ipsum pertinere diceretur. Deus enim Messiam non adoptione neque participatione in iuribus familiae, sed ex Davide prognatum secundum carnem promissit (h).
Fatemur nos quidem, in Scripturis venturum Messiam de Tribu Juda & familia David per Salomonem designari; sed nobis equè persuasissimum est, certisque probatum argumentis, Jesum Christum, originem inde suam repetisse, non per Josephum tantum, cuius legitimus haeres habebatur, sed potissimum per Mariam, qua parente genitus est. Permissum quidem erat foeminae Israeliticae, ad quas paterna haereditatis jura non pertinerent, quascumque mallet, nuptias extra Tribum etiam suam quarere; si vero bona ad ipsas paterna devolverentur, non solum illis vetitum erat virum extra tribuales suos, sed vel extra familiam procurare, quemadmodum apertissimis verbis in Lege Moisaica Num. 35. 5. sancitum est, & a doctissimis Interpretibus demonstratur (i).
Quod autem ad Mariam avita haereditatis jura pertinerent, quamquam nulla suppetant Sacrorum Librorum documenta, vetustissima tamen traditione, cui ne Judaeis quidem refragari unquam succurrit; receptum est. Erat quidem bonorum per singulas familias, sicut & Tribuum, distributionis ordo aetate Jesu Christi non nihil turbatus; vix tamen propterea neglectam illam legis sanctionem credimus, quae de puellis haereditibus conjugem extra familiam quarere sibi sanciebat. Familia etenim census non latifundis tantum constabant, nec minus ad patriam haereditatem pertinebant bona, sive quae in territorio Tribus suae, sive quae alibi sita essent; idem.

h Gen. 49. 10.
Isa. 11. 1. Ps. 131. 11. Rom. 1. 3. Hebr. 7. 14.
i Vide Groti ad Matth. 1. Chrysostr. Epiphani.

7 Iren. l. 3. c. 18. Tertullian. contra Judaeos. Athanas. Epist. ad Epist. Ambros. l. 3. in Luc. August. plur. in locis. Hieron. hic. alii passim etiam ex Recentioribus.